

Vers. 21. — *IPSI GLORIA...* Syr. : *Ipsi, inquam, gloria in Ecclesia sua per Jesum Christum in omnibus aetates seculorum. Amen.*

Ipsi, inquam, qui tot et tanta per Christum nobis dedit beneficia, aeterna sit gloria in Ecclesia sua, per totum orbem diffusâ, et in fines seculorum duraturâ, per Jesum Christum, Ecclesiae caput Mediatoremque nostrum, et per quem sicut omnia à Deo accepimus, sic et omnia Deo reddere debemus per laudes et gra-

est : Et qui potens est, superabundanter et cumulata facere ultra omnia que petimus, aut mente concipimus. Secunda virtutum que operatur in nobis. Refertur autem hæc pars ad verbum facere, et significatur virtus seu potentia que in nobis est effectus potentie divinæ, et per quam ipsi etiam agimus.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

1^a A D. Paulo et ab aliis apostolis discamus in passionibus et in vinculis gloriam, v. 5. Hanc gloriam dedit nobis fides viva, si verè credamus hujus vite passiones esse aeternæ gloriæ principia, et quasi radices. Quò plus pro Christo patiemur, et profundius humiliabimur, eò feliciores et gloriosiores in aeternum erimus. Vide v. 5 et observationem moralem.

2^a Ab eodem apostolo, v. 5 et 6, discamus quantum Deo debeamus, per ejus gratiam nobis omnibus Christianis major data est mysteriorum Dei cognitio quam ipsis etiam prophetis veteris Testamenti. Ob hanc gratiam Deum laudamus, amemus, glorificemus. Hæc majori mysteriorum cognitione ad Dei voluntatem perfectius adimplendam utamur; aliàs major nostra cognitio erit major nostra damnatio. *Servus sciens voluntatem domini sui et non faciens vapulabit multis.*

3^a Miremur admirandum sanè D. Pauli de se lo-

CAPIT. IV.

1. Obseoro itaque vos, ego vincetus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione quâ vocati estis,

2. Cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientiâ, supportantes invicem in charitate,

3. Solliciti servare unitatem spiritûs in vinculo pacis.

4. Unum corpus, et unus Spiritus, sicut vocati estis in unâ spe vocationis vestre.

5. Unus Dominus, una fides, unum baptismum.

6. Unus Deus et Pater omnium, qui est super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis.

7. Utiqueque autem nostram data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

8. Propter quod dicit : Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem; dedit dona hominibus.

9. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia et descendit primum in inferiores partes terræ?

10. Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes caelos, ut impletet omnia.

11. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos,

quosdam autem prophetas, alios verò evangelistas, alios autem pastores et doctores;

12. Ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi;

13. Donec occurramus omnibus in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram cælitatis plenitudinis Christi;

14. Ut jam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinæ in nequitiâ hominum, in astutiâ ad circumventionem erroris.

15. Veritatem autem facientes in charitate, crescemus in illo per omnia, qui est caput, Christus;

16. Ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem juncturam subministrations, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.

17. Hoc igitur dico, et testificor in Domino, ut jam non ambuletis, sicut et gentes ambulantes in vanitate sæculi sui;

18. Tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vitâ Dei per ignorantiam que est in illis, propter cæcitate cordis ipsorum,

19. Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitie, in operationem immunditiæ omnis, in avaritiæ.

20. Vos autem non ita didicistis Christum,

21. Si tamen illum audistis, et in ipso edocti estis, sicut est veritas in Jesu,

22. Deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris.

23. Renovamini autem spiritu mentis vestre,

24. Et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitiâ et sanctitate veritatis.

25. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo : quoniam sumus invicem membra :

26. Irascimini, et nolite peccare : sed non occidat super iracundiam vestram.

27. Nolite locum dare diabolo;

28. Qui furatur, jam non furetur : magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.

29. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat : sed si quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus.

30. Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis.

31. Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur à vobis, cum omni malitiâ.

32. Estote autem invicem benigni, misericordes : donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis.

Vers. 21. — *Ipsi gloria in Ecclesia et in Christo Jesu, etc.* Explet sententiam : *Ei qui potens est, etc.* Ipsi, inquam, sit gloria in Ecclesia, id est, ipsum glorificet universa Ecclesia tantis beneficiis ab eo affecta, idque per Christum Jesum et in omnibus aetates omnium seculorum usque in æternam.

quæntis modestiam; et inilem virtutum omni quidem Christiano, præcipue verò omni Ecclesie ministro, necessariam. Quò quis suo ministerio sublimior, eò sit humilitatis inferior. Vide v. 8.

4^a Prelati, pastores, doctores, concionatores à D. Paulo, v. 9, discant quale sit evangelici ministerii munus, et ad quid ordinetur. *Evangelizare investigabiles divitias Christi, v. 8, et illuminare omnes, v. 9.* Attendant quomodo illud obeunt.

5^a Discamus omnes ex v. 16, 17, 18, 19, quid debeamus animo jugiter versare, semper optare, continè petere. Scilicet *virtute corroborari per Spiritum Dei in interiorem hominem, v. 16. Christum habitare per fidem in cordibus nostris. In charitate radicati et fundati, v. 17. Ut possimus comprehendere, etc., v. 18. Scire etiam supernam mentem scientiæ charitatem Christi, ut impleamur in omnem plenitudinem Dei, v. 19.*

CHAPITRE IV.

1. Je vous conjure donc, moi qui suis dans les chaînes pour le Seigneur, de vous conduire d'une manière qui soit digne de l'état auquel vous êtes appelés,

2. Pratiquez en toute chose l'humilité, la douceur et la patience, vous supportant les uns les autres avec charité,

3. En travaillant avec soin à conserver l'unité d'un même esprit par le lien de la paix.

4. Vous n'êtes tous qu'un corps, qu'un esprit, comme vous n'avez tous été appelés qu'à une même espérance.

5. Il n'y a qu'un Seigneur, qu'une foi et qu'un baptême.

6. Il n'y a qu'un Dieu, Père de tous, qui est au-dessus de tous, qui étend sa providence sur tous, et qui réside en nous tous.

7. Car la grâce a été donnée à chacun de nous, selon la mesure du don de Jésus-Christ.

8. C'est pourquoi l'Écriture dit, qu'étant monté au plus haut, il a mené en triomphe une grande multitude de captifs, et il a répandu ses dons sur les hommes.

9. Mais pourquoi est-il dit qu'il est monté, sinon parce qu'il était descendu auparavant dans les parties les plus basses de la terre?

10. Celui qui est descendu est le même qui est monté au-dessus de tous les cieux, afin de remplir toutes choses.

11. Lui-même donc a donné à son Église quelques-uns pour être apôtres, d'autres pour être prophètes,

quosdam autem prophetas, alios verò evangelistas, alios autem pastores et doctores;

12. Ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi;

13. Donec occurramus omnibus in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram cælitatis plenitudinis Christi;

14. Ut jam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinæ in nequitiâ hominum, in astutiâ ad circumventionem erroris.

15. Veritatem autem facientes in charitate, crescemus in illo per omnia, qui est caput, Christus;

16. Ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem juncturam subministrations, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.

17. Hoc igitur dico, et testificor in Domino, ut jam non ambuletis, sicut et gentes ambulantes in vanitate sæculi sui;

18. Tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vitâ Dei per ignorantiam que est in illis, propter cæcitate cordis ipsorum,

19. Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitie, in operationem immunditiæ omnis, in avaritiæ.

20. Vos autem non ita didicistis Christum,

21. Si tamen illum audistis, et in ipso edocti estis, sicut est veritas in Jesu,

22. Deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris.

23. Renovamini autem spiritu mentis vestre,

24. Et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitiâ et sanctitate veritatis.

25. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo : quoniam sumus invicem membra :

26. Irascimini, et nolite peccare : sed non occidat super iracundiam vestram.

27. Nolite locum dare diabolo;

28. Qui furatur, jam non furetur : magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.

29. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat : sed si quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus.

30. Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis.

31. Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur à vobis, cum omni malitiâ.

32. Estote autem invicem benigni, misericordes : donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis.

d'autres pour être prédicateurs de l'Évangile, et d'autres pour être pasteurs et docteurs;

12. Afin que les uns et les autres travaillent à la perfection des saints, aux fonctions de leur ministère, à l'édification du corps de Jésus-Christ,

13. Jusqu'à ce que nous parvenions tous à l'unité d'une même foi et d'une même connaissance du Fils de Dieu, à l'état d'un homme parfait, à la mesure de l'âge et de la plénitude selon laquelle Jésus-Christ doit être formé en nous;

14. Afin que nous ne soyons plus comme des enfants, comme des personnes flottantes, qui se laissent emporter à tous les vents des opinions humaines, par la tromperie des hommes, et par l'adresse qu'ils ont à engager artificieusement dans l'erreur;

15. Mais que, pratiquant la vérité par la charité, nous croissions en toutes choses dans Jésus-Christ qui est notre chef et notre tête,

16. De qui tout le corps, dont les parties sont jointes et unies ensemble avec une si juste proportion, reçoit, par tous les vaisseaux, et toutes les liaisons qui portent l'esprit et la vie, l'accroissement qu'il lui communique par une influence proportionnée à chacun des membres, afin qu'il se forme ainsi, et qu'il s'édifie par la charité.

17. Je vous avertis donc, et je vous conjure par le Seigneur, de ne plus vivre comme les gentils, qui suivent dans leur conduite la vanité de leurs pensées,

18. Qui ont l'esprit plein de ténèbres, qui sont éloignés de la vie de Dieu, à cause de l'ignorance où ils sont, et de l'aveuglement de leur cœur,

19. Qui ayant perdu tout espoir de salut, s'abandonnent à la dissolution, et se plongent avec une ardeur insatiable dans toutes sortes d'impuretés.

20. Mais pour vous, de n'est pas ainsi que vous avez été instruits dans l'école de Jésus-Christ,

21. Puisque vous y avez entendu prêcher, et y avez appris, selon la vérité de sa doctrine,

22. À dépouiller le vieil homme, selon lequel vous avez vécu dans votre première vie, qui se corrompt, en suivant l'illusion de ses passions;

23. À vous renouveler dans l'intérieur de votre âme;

24. Et à vous revêtir de l'homme nouveau, qui est créé selon Dieu dans une justice et une sainteté véritable.

25. C'est pourquoi, en vous éloignant de tout mensonge, que chacun parle à son prochain dans la vérité, parce que nous sommes membres les uns des autres,

26. Si vous vous mettez en colère, gardez-vous de pécher; que le soleil ne se couche point sur votre colère;

27. Ne donnez point entrée au diable.

28. Que celui qui dérobie ne dérobe plus; mais plutôt qu'il s'occupe lui-même, en travaillant de ses propres mains à quelque ouvrage bon et utile, pour avoir de quoi donner à ceux qui sont dans l'indigence.

29. Que nul mauvais discours ne sorte de votre bouche; au contraire qu'il n'en sorte que de bons et de propres à nourrir la foi, afin qu'ils inspirent la piété à ceux qui les écoutent.

30. Et n'attristez point le Saint-Esprit de Dieu, dont vous avez été marqués comme d'un sceau pour le jour de la rédemption.

31. Que toute aigreur, tout emportement, toute colère, toute écrierie, toute médisance, enfin toute malice soit bannie d'entre vous.

32. Mais soyez bons les uns envers les autres, pleins de compassion et de tendresse, vous pardonnant mutuellement, comme Dieu aussi vous a pardonné en Jésus-Christ.

Absolutâ parte dogmaticâ, transit ad mores.

1. § 1, 2, 3. Ephesios teneant, per vincula quæ pro Christi gloriâ et eorum salute tolerat, ad vitam christiânâ vocatione dignam hortatur, et inprimis ad unitatem spiritûs in vinculo pacis servandam.

§ 4, 5, 6. Hanc spiritûs unitatem suadet ex unitate quæ in totâ religione christiânâ regnat; unum corpus, unus spiritus, una spes, unus Dominus, unum Baptisma, unus Deus et Pater omnium; idem ergo sit omnium cor et animus. Et ne huic unitati obstet donorum varietas, circa eam duo præstat Apostolus. Primum, asserit quod fiat non pro merito recipientis, sed pro voluntate dantis. Secundo, ex unitate ad quam tendit hæc varietas aliud sumit unitatis et concordie argumentum. Septimo itaque versu asserit quod unicuique fidei data sit gratia, non pro ipsius meritorum mensurâ, sed pro voluntate Christi, hancque veritatem probat, v. 8, ex psalm. 67; hincque occasionem sumit æternam Christi deinitatem contra hæreticos insinuandi, v. 9 et 10.

§ 11. Præcipua enumerat dona hominibus à Christo data; horum ministeriorum finem indicat, v. 12, 15, mirum unitatem fidei et perfectam Christi formatio-

PARAPHRASIS.

1. Cum tanta sit erga vos, ô Ephesii, beneficentia Dei, ut ex Gentilismo ad fidem, ad gratiam et ad gloriam vocarit æquæ ac Judæos; hinc ego Paulus, Christi propter vos captivus, vos hortor et obsecro, ut tanti beneficii memores, vitam ducatis vestrâ vocatione dignam.

2. In omnibus humiles estote, mansueti et mites, et cum animi lenitate proximorum mores vitiosos, et vobis incommodos, per charitatem tolerantes.

3. Magno studio incumbite ut animorum concordiam et unitatem servetis, in colligatione, seu concatenatione pacis, id est, in pace, velut vinculo animos colligante.

4. Unitas in totâ vestrâ religione regnat; unum vos corpus estis mysticum, unum et eundem accepistis Spiritum; eandem habetis felicitatis æternæ spem, ad quam vocati estis omnes.

5. Omnibus vobis unus et idem est Dominus Jesus Christus; idem creditis omnes; uno et eodem Baptismate, Christi scilicet, renati estis, et facti Christiani.

6. Unum Deum colitis omnes; unus omnium vestrum Pater, cujus imperium super omnes est; cujus providentia ad omnes extenditur; cujus Spiritus in omnibus vestris agit; idem ergo cor, eandemque animam habeatis; pax regnet in vobis.

7. Equidem dispar data est unicuique gratia, sed hæc disparitas unitati pacis non debet obstare, quia unicuique nostrum data est gratis, non ex merito nostro, nec pro meritorum nostrorum mensurâ; sed pro voluntate Christi, cui placuit hanc huic gratiam dare, illam illi; debet ergo quisque in Dei voluntate quiescere.

nen in fidelium cordibus.

§ 14. Citius explicat hanc finem, scilicet ut non simus parvuli, quovis doctrinæ vento fluctantes, sed ut veram fidei doctrinam sectantes et charitatis opera facientes, crescamus quaquaversum in Christo.

§ 16. Hoc spirituale in Christo augmentum explicat per comparationem ad augmentum corporis humani.

§ 17. Rediens ad id quod v. 1 dixit: Obsecro vos ut dignè ambuletis, etc., hocque fusiùs explicans, hortatur Ephesios ut non amplius gentiliùm ducant vitam, quam pingit, primum quoad interna, v. 18: Obtenebrati intellectu, etc.; secundo quoad externa, v. 19: Sese traderunt impudicitie. Huic gentiliùm vitæ contrariæ est christiana vita, v. 20, 21. Hanc ad duo principia generalia reducit; deponere veterem hominem, v. 22; induere novum, v. 25, 24. In reliquo capite hæc duo generalia doctrinæ Christi capita explicat in particulari. Deponenda sunt hæc veteris hominis membra, mendacium, fraud, ira, furtum, libido, etc. Induenda veritas, benignitas, mansuetudo, misericordia, castitas, justitia, liberalitas, etc.

8. Ad hanc gratuitam donorum distributionem probandam, dicit regius Psaltes: Ascendens Christus in cælum, et illuc secum ducens animas sanctorum, antea in limbo captivas, sumpsit à Patre dona, quæ transmisit hominibus in terram.

9. Quod autem Christus in cælum ascendit, ut ait Propheta, quid hoc sibi vult, nisi quod Christus jam ante descenderit in inferiores et infimas partes terræ?

10. Ille solus è cælis descendere potuit, qui erat in cælis, id est, solus Filius Dei; ipse ergo idem est et qui descendit in infimas terræ partes, et qui ascendit super omnes cælos, id est, in superiorem cælum et dignissimum in eo locum, ut implet omnia universi loca majestate et gloriâ suâ.

11. Redeo ad id quod supra, v. 7, dicere cœpi: Christus pro suâ voluntate varia Dei dona dedit hominibus; ipse enim quosdam dedit Ecclesiæ ut sint apostoli, alios ut sint prophetae, alios ut sint evangelistæ, alios autem ut sint pastores et doctores.

12. Hæcque dona Deus fidelibus dedit ut unusquisque illorum, seu apostolus, seu propheta, seu, etc., strenuè et assidue ministerium sibi creditum exerceat, suaque fidelis administratione mysticum Christi corpus, Ecclesiam, ædificum spirituale, promoveat, ut universa sanctorum societas consummata tam in moribus quam in scientiâ Dei reddatur.

13. Hæc autem varia ministeria durabunt quoad usque nos omnes, alii post alios, perveniamus in unam eandemque fidem et veram cognitionem Filii Dei, quique proficiamus, ut et evadamus in viros spirituales, adultos et perfectos, ad eamque perveniamus quæ-

mensuram, seu staturam et ætatem, quâ Christus plenè formetur in nobis.

14. Hos, inquam, ministros dedit Ecclesiæ, ut non amplius puerorum more, quibus ob imperfectum iudicium quodlibet persuadetur, sique vario et incerto impulsu et persuasione agitantur, non fluctuemus in diversas opiniones jactati et circumventi quovis doctrinæ vento, pro seductionem et fallaciam hominum perversorum, perque fraudem et astutiam eorum qui nos circumvenire et in damnatos errores conantur pertrahere;

15. Sed ut veritatem sectantes, et exequentes in charitate, id est, ut veram doctrinam sectantes, et debita christiana, seu opera charitatis, facientes, crescamus quaquaversum in Christo, et per Christum, qui est caput nostrum.

16. Ex quo Christo capite nostro totum Ecclesiæ corpus (quod compactum et connexum est, seu cujus partes et singula membra simul juncta sunt et compaginata per juncturas, quæ subministrant spiritum et gratias spirituales) augmentum sui ipsius facit, seu augetur, idque vi et efficaciâ Christi, capitis intus agentis in mensuram, seu pro modo et exigentiâ, cujusque membri, in ædificationem sui, seu ut se ipsum ædificet, hoeque corpus, quod est Ecclesiæ, periciat per charitatem.

17. Hoc est igitur quod v. 1 dicere cœperam, et quod per Christum vos obsecro, et quem hinc exhortationis meæ testem esse volo, scilicet ut non amplius eam vitam ducatis quam gentes ad Christum non conversæ docunt; quæ pravum sensû sui iudicium sequentes, totæ vanis rebus student et occupantur.

18. Intellectum habent erroris et ignorantie tenebris obscuratum; alienati sunt et valde remoti à vitâ sanctâ quæ est secundum Deum; idque per ignorantiam quæ est in ipsis, propter execrationem et obdurationem cordis eorum.

19. Qui desperantes salutem et vitam æternam quam nos Christiani credimus et speramus, semetipsos tradiderunt impudicitie, ad perpetranda omnia obscœna, etiam purissima et nefanda, cum ardore insatiabili et quâdam plus semper luxuriandi cupiditate et inexplebili aviditate.

20. Vos autem non ita edocti estis in scholâ Christi.

21. Siquidem Christum et Christi doctrinam audistis omnino et didicistis ex ipso, seu secundum

COMMENTARIA.

VERS. 1. — OBSECO ITAQUE... Conclusio moralis ex principis supra stabilitis directè deducta; quia vos è gentilismo vocati estis, ut coadificemini in templum Dei, cap. 2, v. 22, et ut cum Judæis suis coheredes concorporales, etc., cap. 3, v. 6. Hinc ego Paulus, vincetus in Domino, id est, propter Dominum. Sed et propter vos his sum constitutus: si nollem enim præ-

VERS. 1. — Obsecro itaque vos ego vincetus in Domino, propter Dominum et Domini Evangelium, ut dignè S. S. XXIV,

ipsius doctrinæ veritatem.

22. Didicistis, inquam, extere veterem hominem, secundum quem ante conversionem vestram vixistis, quique corruptus et computrescit in dies, prout magis ac magis obsequitur cupiditatibus ductentibus et deceptibus.

23. Didicistis renovari secundum interiorem hominem, Spiritûs sancti gratiâ mentibus vestris inditâ.

24. In novumque hominem transformari, ac tales fieri qualis à Deo creatus est homo in verâ justitiâ et in verâ sanctitate.

25. Quoniam ergo hæc in Christo edocti estis; omne mendacium omnemque fraudem abijcentes, veritatem loquimini et facite cum proximo, quoniam sumus unius ejusdemque corporis commembra.

26. Si vos contingat irasci, iram vestram sic fræmate, ut non peccetis, nec intus in Deum ire scilicet consentiendo, nec exterius in proximum ipsi malum faciendo, quod ira suggerit; sed quam atissimè per rationis imperium iram deponite; ita ut sol non occidat super illam.

27. Ne hæc animi vestri commotione detis diabolo locum in cordibus vestris.

28. Qui furatur, alienumque bonum, quocumque modo, subtrahat et detineat, non furetur amplius; quin potius laboret arte honestè et utili, ut habeat ipse, non solum unde vivat, sed et unde tribuat elemosinam ergo (si que restituit).

29. Omnis sermo obscœnus et fetidus, corruptus et quocumque modo vitiosus, non exeat ex ore vestro, sed si quis sermo ex ore vestro procedat, bonus s. et utilis ad ædificationem fidei, seu per quam fides crescat, et pietas insperet auditibus.

30. Et nolite verbis obscœnis, patribus et scandalosis Spiritum sanctum contristare, quem in lapsum et in confirmationem, velut sigillum vobis impressum, recepistis; servandum usque in diem resurrectionis, ubi ab omnibus malis liberabimini, et beatam immortalitatem consequemini.

31. Absint à vobis omnis animi amaritudo, excautescentia, et indignatio, et clamor inordinatus, et querulosus, maledictio, omnisque omnino malignitas et nequitia.

32. E contra estote comes et benigni, misericordes et compatientes; condonate offensas, sicut et Deus per Christum Filii sui meritum vobis peccata vestra donavit.

dicare, ab his essem omnino liberatus. Theodoretus. Itaque ego Paulus, Christi propter vos captivus, obsecro vos ut dignè..., scilicet ad Ecclesiam, dignè ad corpus mysticum Christi, dignè ad hereditatem Dei.

Ex hæc Apostoli nostri (etiam propter nos vincit) tenerè observatione discamus vocationis nostræ honesticium sæpè cogitare. Ad quid vocatus es? quis? à ambuletis vocatione quæ vocati estis; q. d.: Cum tanta sit excellentia vocationis vestræ, idè cum obsecra-

(Trente-cinq.)

quo? ad quid? Gentilis, peccator, filius iræ, à Deo vocatus es, ut sis civis sanctorum, domesticus Dei, imò filius Dei; alter quasi Christus, Christianus. Vive ergo ut civis sanctorum, et ut filius Dei, ut hæres Dei, dignè Deo.

VERS. 2. — CUM OMNI HUMILITATE; Græc., *ταπεινότητι*, id est, cum humili sensu de seipso; *ταπεινότητι*, *humilis*, *ταπεινότητι*, *humilis de seipso sensus*. Syr.: *Cum omni humilitate mentis*. Ambrosius, *humilitate animi*. Sensus ergo est: Cum perfectè et integrè cordis humilitate; seu in omnibus de vobis humiliter sentientes. Humile sit cor; humilia erunt os, gestus, omnisque motus et actio. Hæc virtus gentilibus erat ut plurimum ignota: hinc sæpè commendat eam Apostolus.

CUM OMNI MANSUETUDINE; seu mansuetè cum omnibus agentes et loquentes. Mansuetudo est humilitatis filia; qui verè humilis est, hic et mansuetus est. Humilitas opponitur arrogantia, mansuetudo iracundia.

CUM PATIENTIA; Gr., *cum lenitate animi*, seu longanimitate, tolerantes mutuos defectus.

IN CHARITATE, id est, per charitatem; hæc animi lenitatem imperet, et informet charitas. Non oriatur ex solo temperamento; non sit ex humanà tantum complacentiâ; non ex hypocriti Pharisæicâ; sed ex spiritali et divino proximi amore. Cùm Christus omnibus Christianis dixerit: *Discite à me quia mitis sum, et humilis corde*, hinc meriti Paulus Christi apostolus, nos ad vitam nostrâ vocatione dignam exhortans, humilitatem et mansuetudinem nobis præserim commendat. Et quia charitas, forma reginæque virtutum, hinc et meriti vult ut à charitate læ nostræ virtutes imperentur.

VERS. 3. — SOLLICITI; Græc., *studentes*; Syr., *et satagite*.

IN VINULO; Græc., *ἐν τῷ σπόγγῳ*, in colligatione, concatenatione, conjunctione. Pax est vinculum, catena, gluten animos connectens et colligans; animarum autem unio tantum est bonum, ut de eo solliciti debeamus esse. Indifferentia erga pacem et animorum unionem fit crimen; quantò majus crimen erit illam dissensionibus rumpere!

tionem vos exhortor, ut mores et studia vocationi vestræ conformemini; id est, ut sancta sit et impolluta conversatio vestra.

VERS. 2. — *Cum omni humilitate et mansuetudine*. Humilitatis filia est mansuetudo; qui enim humilis est et mitis, mansuetè cum omnibus agit ac loquitur.

Cum patientiâ supportantes invicem in charitate, id est, cum lenitate animi, si quid in aliorum moribus asperum aut vitiosum est, tolerantes per charitatem.

VERS. 3. — *Solliciti servare*, etc. Studiosè ac sollicitè operam dantes, ut servetis unitatem spiritus; id est, animorum inter vos conjunctionem, in vinculo seu colligatione pacis, id est, pace velut vinculo quodam animos vestros in unum colligante.

VERS. 4. — *Unum corpus et unus spiritus*. Suppletis: Ut videamini omnes esse unus homo, consensio eodem corpore, eodem animâ, eodem spiritu.

Sicut vocati estis in unâ spe, id est, ad unam eam-

VERS. 4. — *Unum corpus...*, tot verba, tot rationes ad unitatem inducentes; quasi diceret: Hoc postulat à nobis unitas Ecclesiæ, cujus membra sumus omnes; unitas spiritus, quem recipimus omnes; unitas essentialis divine, ad quam possidendam vocati sumus omnes; unitas Domini, cujus sumus omnes; unitas fidei, quam omnes profitemur; unitas baptismi, quo renati sumus omnes; unitas Creatoris, qui ex eodem nihilo nos creavit omnes; unitas Patris cœlestis, qui eadem potentia nos regit, eadem providentiâ conservat, eadem presentia replet. *Unum corpus*, Ecclesiæ, cujus caput Christus.

UXUS SPIRITUS, qui Ecclesiam regit, quique per singula hujus corporis membra discurrens, vitam et motum spirituales singulis communicat.

IN UNA SPE VOCATIONIS... una felicitas quam speramus et ad quam possidendam vocati estis.

VERS. 5. — *Unus Dominus*. Jesus Christus, cujus omnes sumus servi redem tui.

UNA FIDES, scilicet objectiva, eadem mysteria credimus.

UNUM BAPTISMA, Christi scilicet.

UNUS DEUS; nobis est et unus Pater omnium nostrum.

QUI EST SUPER OMNES, dominus.

ET PER OMNIA, providentiâ.

ET IN OMNIBUS NOBIS, inhabitatione.

Hinc colligere restat: Ergo et eundem habeatis animum.

VERS. 7. — *Unicuique autem nostrum...*; Syr.: *Verum unicuique nostrum*. In omnibus supradictis regnat unitas et paritas. *Unum corpus, unus spiritus...* Non idem est de gratiâ, non enim una, nec per unicuique data est; sed vario et dispar; huic major, illi minor. Hæc disparitas poterat esse causa huic superbiendi, illi verò querendi et invidendi; ut hanc discordiæ occasionem auferat Apostolus, asserit primò, dona Dei esse pro Dei voluntate, non pro meritis, sapientissimè collata, hinc, v. 7; secundo, dona Dei esse non proprie recipientis, sed aliorum utilitati concessa, v. 12; tandem ex unitate ad quam tendit hæc varietas, argumentum sumit unitatis et concordie, v. 15. *Unicuique nostrum...*,

demque spem salutis, immortalitatis, gloriæ cœlestis, vocationis vestræ. Spes, pro re promissâ ac speratâ consuetò more Scripturæ ponitur.

VERS. 5. — *Unus Dominus*, Christum hominem intelligit, qui unus ac solus jure redemptionis Dominus noster est. *Una fides*, scilicet objectivè ratione, quatenus unum et idem omnes credunt: quòd si una est omnium fides, debet et unus esse spiritus.

Unum baptisma, quo renati et Christiani effecti sunt.

VERS. 6. — *Unus Deus et Pater omnium*, scilicet vestrum, qui est super omnes, etc. Brevissimè Theodoretus exponit, *super omnes*, dominio; *per omnia*, providentiâ; *in omnibus*, justificatione.

VERS. 7. — *Unicuique autem nostrum*, etc., id est, unicuique data est gratia non una et par, sed varia et dispar, huic major, illi minor, data, inquam, non ex merito vel mensurâ meritorum nostrorum, sed ex mensurâ gratuite donationis Christi, cui placuit donare huic illam mensuram gratiæ, illi istam, alteri

quasi diceret: Equidem unicuique nostrum, non una, sed dispar data est à Christo gratia; sed hinc nemo, vel superbiere, vel queri, vel alteri invidere debet; primò, quia non iuxta mensuram proprii meriti, sed gratuite donationis Christi, fit hæc donorum distributio; secundo, quia ad aliorum utilitatem ordinatur, ut videbitur, v. 12.

VERS. 8. — *Propter quod dicit: Ascendens...*; Gr., *ἀναβὰς*, præteritii temporis, *cum ascenderet*, vel cùm ascendisset in cœlum, etc., *DEDIT DONA HOMINIBUS*. David in psalmo dicit: *Acceptisti dona in hominibus*, id est, propter homines. D. Paulus dicit, *dedit dona*, etc. Utrumque simul verum est; accepit enim Christus à Patre, dedit hominibus. Ille psalmus in sensu literali est de triumpho Israelis de suis hostibus; in sensu mystico est de triumpho Christi in cœlum ascendens.

Moralis observatio.

Christus unicuique nostrum dona dedit pro suâ voluntate; illorum mensuram admensus est ex infinitâ suâ liberalitate et sapientiâ, iuxta quam decrevit unoquoque nostrum, quasi suo membro, uti, ad Ecclesiæ, corporis sui, edificationem. Ergo quisque nostrum in Dei voluntate debet quiescere, Deo gratias agere, divinamque bonitatem, tam in suis, quam aliorum donis, celebrare laudibus; humiliter uti dono gratis accepto, non inde superbiere; gaudere de aliorum donis, non illis propterea invidere.

Dona sunt pro Dei voluntate sapientissimè collata; hæc Dei voluntatem adoro. Dona sunt, non proprie, sed aliorum utilitati concessa; ob illa, Deo gratias ago, quia et mee salutis utilia.

VERS. 9. — *Quòd autem ascendit...* Hic notanda erant varia Dei dona, at in versiculo undecimum rejicit, ut hic obiter perstringat Simonianos et alios hæreticos, Ebionitas et Photinianos, qui postea negarunt Christum Jesum, ante Mariam extitisse. Si enim rursus ascendit, ergo descenderat prius, ergo erat; idem enim ipse, qui ascendit, et qui prius descenderat.

VERS. 10. — *Qui descendit, ipse est...* Ipse idem, quoad suppositum, ascendit et descendit tamen diffor-

aliam. Sermo est de gratiâ, quam theologi vocant gratis datam.

VERS. 8. — *Propter quod dicit*, id est, ad significandam gratuitam hanc donationem Christi, dicit propheta David, Psal. 67.

Ascendens in altum captivam duxit captivitatem. Christus, cùm ascenderet in cœlum, unâ secum adduxit et in cœlum subvexit inferi spolia, id est, animas iustiorum quæ prius apud inferos velut captivæ tenebantur.

Oedù dona hominibus; quod in Psalmo Christus dicitur accepisse, non dedisse, quia nondum factum hoc erat, sed futurum promittebatur: hic autem dedisse dicitur, quia iam per omnes Ecclesias toto orbe fundatas dona sua distribuerat. Accepit dona danda sui distribuenda hominibus; q. d.: Accepit dona in homines, sicut dicimus ducent accepisse stipendia in nullius, utique distribuenda. Act. 2. Dextera Dei exaltatus, et promissione Spiritus sancti accepta à Patre, effudit hunc quem vos videtis et auditis. Ubi promissionem Spiritus sancti, ipsum Spiritum san-

ctum; descendit, per naturam assumptam, seu illum assumens; ascendit in naturâ assumptâ, seu, ut Theodoretus, descendit incorporeus, ascendit cum corpore.

UT IMPLERET OMNIA. Præter sensum in paraphrasi datum, potest dici: *Ut impleteret omnia* de se scripta, figuræ et prophetias de hoc ascensu scriptas; vel *ut impleteret omnem mundum suo splendore*, seu munificentia, per omnis generis dona, gratias et signa et miracula. Hic duo versus ita perstringunt hæreticos, ut et moralem etiam afferant rationem, cur Christus ascenderit in supremum cœli locum: scilicet quia in infimas terræ partes descenderat, per Incarnationem e cœlo in terras; imò et in inferos, per mortem. Quia autem profundissimè sese Christus humiliavit, ideò fuit sublimissimè exaltatus. Sic qui se humiliat, exaltabitur, et quò profundius humiliatus fuerit, eò sublimius exaltabitur. Humillimè præterea Christi descendens meminit Apostolus, et ob eum, humilitatem Ephesius hic inculcat, quia ipsa mater et nutrix est con cordiæ; sicut superbia fons, mater et nutrix discordiæ.

VERS. 11. — *Et ipse dedit quosdam...*; prosequitur argumentum, v. 7 conceptum, et præcipua enumerat dona, quæ Christus, pro suâ voluntate, dedit hominibus. Plura enumeravit 1 Cor. 12, 28; hic autem ea tantum enarrat quæ principibus membris dantur ad edificationem Ecclesiæ; sed sub his intelligenda sunt cætera.

APOSTOLOS. Apostoli sunt Ecclesiæ fundatores, seu qui à Christo, in omnem terrarum orbem missi fuerunt, ad prædicandum Evangelium et ad fundandas Ecclesias; ut duodecim; item Paulus, Barnabas, Syllas.

QUOSDAM AUTEM PROPHETAS. Propheta novi Testamenti, qui semper apostolis proximi ponuntur in Scripturis, arcana fidei mysteria explicabant; quidam etiam illorum futura prædicabant, ut Agabus in Actis Apostolorum; nunc interpretès dicuntur propheta; ait Ambrosius, seu, ut post ipsum S. Anselmus dixit clarior, horum locum nunc tenent, qui sacras Scripturas interpretando prænuntiant per eos cæteris fu-

ctum promissum, intelligit, hoc est, ejus dona, quæ Christus à Patre accepta edidit in homines.

VERS. 9. — *Quòd autem ascendit*, etc.: q. d.: Christus altissime ascendit super omnes cœlos, quia profundissimè se humiliavit; et descendit ad inias partes terræ, scilicet ad infernum, siquæ summa et infima complexit.

VERS. 10. — *Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cœlos*; quia cœlos omnes penetravit ascendendo usque ad summum cœlum ejusque supremam partem. D. Thom., Anselm., Theoph., aserunt Christum ascendisse supra omnia, ultra quæ non sunt alia. Est ergo ibi Christus, ut implet omnem, utique ipsa totius universi dominus et iudex universo emineat.

Ut impleteret omnia, suâ tum potentia, tum majestate, victoria, gloriâ, triumpho, possessione, regno, imperio, ac quasi inauguratione: quemadmodum rex urbes omnes quasi implet suâ potentia, comitatu et pompâ, dum in eis inauguratur, aut eas triumphans ingreditur. Ita Theophyl.

VERS. 11. — *Et ipse dedit quosdam quidem aposto-*

tura gaudia, malorumque supplicia. Nostri ergo prophetae nunc sunt sacrae Scripturae interpretes et divini verbi concionatores.

ALIOS VERÒ EVANGELISTAS. Evangelistae sunt qui Evangelium scripserunt; item septuaginta discipuli, item apostolorum adiutores in praedicatione Evangelii, v. g., Titus, Timotheus, Apollo, Syllas. Apostolis subserviebant; Philippus dicitur evangelista, Act. 21, v. 8. Evangelistae ergo qui verbum Dei annuntiant extraneis.

ALIOS ACTEM PASTORES. Pastores sunt quorum officium est pascere et regere populum Dei, quales sunt episcopi et qui dicuntur pastores.

ET DOCTORES. D. Paulus non addit, sicut supra, et alios doctores, quia cum proprium pastoris officium sit docere, idem debet esse pastor et doctor; nam pascere verbo, idem est ac docere, et vice versa docere est pascere. Episcopus dicitur quasi inspector gregis, pastor et doctor, quia verbo pascit gregem suum. Parochi enim et presbyteri curam animarum habentes sunt pastores, et pro modo et ratione officii sui debent esse doctores; pastoralis enim officii et muneris est docere, seu verbo pascere. Papa, summus Ecclesiae pastor et doctor et apostolicum nomen hucusque exercens, mittit enim praedones ad infideles et novas apud eos fundat Ecclesias. Itaque dici potest quod coniecturatur sub nomine apostolorum, pastorum et doctorem, contra sectarios, qui dicunt nullam de eo mentionem fieri. Ex dictis patet haec omnia munia, licet in se distincta formaliter, uni et eidem personae posse convenire.

VERS. 12. — AD CONSUMMATIONEM... GREC., ad complementum. SYR., ad complementum. Explicat cuius rei gratia Christus haec supra dicta dona fidelibus distribuit. In hac autem explicatione videtur esse quadam transpositio, ordo enim naturalis videtur postulare ut sic construatur: *In opus ministerii; in edificationem... ad consummationem...* Quia prius est ministrare, etc., et ministrando edificare corpus Christi, seu Ecclesiam; ex quo sequitur sanctorum perfectio. Hoc etiam indicat particula Graeca *ἕως*, ad, significat enim finem. Finis ergo donorum Dei et ministeriorum ab eo in Ecclesia institutorum est sanctorum consummatio, tam in scientiâ fidei quam in moribus.

IN OPUS MINISTERII. Ut autem haec sanctorum consummatio fiat in Ecclesia, Christus ministros instituit,

los, etc. Enumerat dona non omnia, sed pauca, sub quibus caetera intelligit.

VERS. 12. — AD CONSUMMATIONEM SANCTORUM, id est, completionem et perfectionem sanctorum; q. d.: Deus in Ecclesia dedit apostolos, prophetas, pastores, etc., ut sancti et electi in Christo, tum numero, tum meritis compleantur et perfectantur. *In opus ministerii*, ut scilicet quisque apostolus, propheta, pastor, doctor, plenè et strenuè opus ministrandi sibi credite exerceat: Si enim unus faceret omnia, non perfectè faceret singula, ait Anselmus.

In edificationem corporis Christi, Ecclesia scilicet, ut illa cum edificium Christi spiritalis sensus assurgat, numeroque ac virtutibus proficiat, donec tandem ab-

in opus ministerii, id est, ut operentur, ut laborent, ut ministrent, et consequenter ut eò plus laborent et ministrent, quò majus habent in Ecclesia ministerium.

IN EDIFICATIONEM CORPORIS CHRISTI. Ut hæc illorum opera, Ecclesia quæ est mysticum Christi corpus edificetur, compleatur, perfectatur, non parvum numero tantum, sed et singulorum sanctificationem, ad consummationem, etc.

Observatio moralis.

Hinc ergo discè, Christi minister, quacumque fulgeas dignitate, ad quid illa tibi data sit. Non ad otium et vitam mollem, sed ad opus et ut strenuè labores; non ad imperium et dominationem, sed ad ministerium, ut humiliter ministres; non ad destructionem, sed ad edificationem; non ad tuum proprium bonum, tumque commodum, sed ad Ecclesiae utilitatem; non ad tuam gloriam, sed ad Christi gloriam; ut sanctos et electos illius consummes. Hinc et discè quòd quò majus habes in Ecclesia ministerium; eò magis teneris operari et ministrare. Et idè propter tuum gradum non extolli, aut superbi, sed humiliari et tremere debes. Quia *durissimum iudicium iis qui praesunt*.

VERS. 15. — DONEC OCCURRAMUS OMNES... SYTUS: *Donec simus omnes unum quiddam in fide et in cognitione Filii Dei; et unus vir perfectus, in mensuram staturæ plenitudinis ejus*. Explicat quæ sit illa sanctorum perfectio ad quam ordinantur ministeria, simulque docet quomòdiu duratura sint illa ministeria. Et hæc ministeria durabunt, iisque indigebimus, quoad usque nos omnes, alii post alios, perveniamus in unam et eandem fidem, et veram cognitionem Filii Dei. *Donec occurramus*. Est metaphoræ sumpta ab iis qui è diversis locis egressi ad unum locum aspirant et conveniunt. Ita fideles, licet è diversis terræ partibus, ad eandem fidem, in eadem Ecclesia, sibi invicem occurrunt et conveniunt.

IN VIRUM PERFECTUM. Altera metaphoræ, sumpta à corpore, et ad animum translata; sicut enim naturalis homo paulatim crescit, adolescit, tandemque in virum perfectum et adultum evadit, ita spiritualis homo, Christianus, crescit in fide, cognitione et amore Dei, evaditque paulatim vir adultus et perfectus in Christo. Hæc ergo ministeria durabunt, et iis indigebimus, quoad usque nos omnes, alii post alios, ita proficiamus in cognitione et amore Dei ut evadamus in viros spirituales, adultos et perfectos.

solvatur, et omnibus suis partibus, omni ornatu et perfectione compleatur et consummatur. Ita Anselmus.

VERS. 15. — *Donec occurramus omnes in unitatem fidei*, etc.; q. d.: Hi gradus et hic hierarchicus Ecclesiae ordo, ut alii sint apostoli, alii prophetae, alii evangelistae, alii pastores et doctores, manebit durabunt, donec infideles omnes ad unam Christi fidem et Ecclesiam vocentur, ut in Christum filium Dei creantur, eumque agnoscant omnes, quotquot Deus crediturus prescivit et predestinavit, et donec in ejus cognitione et dilectione omnes qui credimus, crescamus ad perfectam ætatem et solidam in Christo Christi spiritum. *In virum perfectum*, id est, ut in Christi fide,

IN MENSURAM ÆTATIS. Græc., *statura*. Syr., *statura*. Persistit in metaphorâ: sicut enim naturalis homo suam habet mensuram, seu ætatem maturam et staturam plenam, ita et spiritualis homo suam habet ætatis et plenitudinis mensuram, id est, suam staturam plenam, ætatem maturam, suamque plenitudinem, scilicet perfectionem fidei et dilectionis, quæ Christus formatur in nobis. *Mensura igitur ætatis plenitudinis Christi*, est perfectio fidei et amoris quæ Christus formatur in homine christiano; estque sensus: Et ad eam perveniamus mensuram, seu staturam et ætatem, seu perfectionem, quæ Christus plenè formetur in nobis. Durabit igitur hierarchicus ordo Ecclesiae usque in finem mundi; tunc enim perfectis omnibus sanctis, cessabit in terrâ prælatio. Confer præcedentia et subsequentiâ Apostoli verba, et attende de quo agit, et videbis hunc esse sensum litteralem.

Nota litteralis.

Itaque juxta mentem et scopum Apostoli, *occursum* de quo hic intelligendus est de spirituali perfectione quam quilibet homo Christianus acquirat in hoc seculo. Non est ergo intelligendus de perfectione spirituali quam habiituri sumus in futuro seculo; tunc enim non erit fides, sed clara visio, quod et evidentiùs indicat versus subsequens, *ut jam non simus parvuli fluctantes...* Non est etiam intelligendus hic locus de corporum resurrectione, cum multis Latinis, praesertim verò scholasticis, qui per *mensuram ætatis plenitudinis Christi* intelligunt perfectam corporis humani staturam quam habuit Christus cum mortuus est et resurrexit, dicuntque omnes, etiam qui infantes mortui sunt; resurrexerunt eâ magnitudine et staturâ quam habiituri fuissent anno ætatis suæ 34 aut 35. Hunc sensum explicat quidem D. Augustinus libro 22 de Civit., cap. 15, sed priorem, quem litteralem diximus, præfert; et sanè versus sequens præferendum indicat. Vide Estium. Porrò malè ex hoc loco aliqui voluerunt inferre feminas, exceptâ beatâ Virgine Deiparâ, in sexu virili resurrecturas, inter quos Tiriurus recenset D. Basilium, Hilarium, Athanasium; inter scholasticos citatur Scotus à Cornelio à Lapide. Sed hoc rejicitur quasi erroneum, sicut ratio Scoti attributa, dicenti sexum feminæ esse naturæ vitium, seu defectum. *Ut jam non simus parvuli fluctantes, et circumferamur omni vento doctrinae*; id est, ut non amplius puerorum more, quibus imperfectum et instabile iudicium est, fluctemus, id est, inconstantes simus, ut non simus quasi pueri qui omni vento impulsi, persuasionem agitantur, et in omnem partem abripi se sinunt. *In nequitiâ hominum*, id est, per nequitiam et fallaciam hominum, sive philosophorum, sive judaizantium, sive hereticorum.

In astutiâ ad circumventionem erroris, ut scilicet simplices et incautos astute circumveniendos ad decipiendum in errorem inducant.

VERS. 15. — *Veritatem autem facientes in charitate*, etc. Sensus Apostoli est: Quin potius ut veram Christi doctrinam, quam apostoli, pastores et doctores

imperfectioem: est enim naturalis perfectio, quantum minor quam virilis. Vide Cornelium à Lapide.

VERS. 14. — *UT JAM NON SIMUS...*; Græc.: *Ut non amplius simus*; D. Chrysostomus et Theodoretus: *Ut jam non simus amplius*. Altera causa cur sint ministeria, seu clarior et fusior explicatio causæ præcedentia; *Ut jam*, cum scilicet ad illam perfectionem virilem, de quâ in versu præcedente, pervenerimus, non simus parvuli, Græc., *pueri*; Syr., *pueruli*. Fluctuantem, id est, leves et inconstantes in fide. Puerorum propria est levitas et mobilitas animi, ob imperfectum iudicium, ipsisque quidvis suadet.

ET CIRCUMFERAMUR...; Græc., *circumlati*, circumacti, quovis doctrinae vento, sicut navis inter ductus et ventos circumagi solet.

IN NEQUITIA; Græc., *ἐν τῇ ἀνομίᾳ*, in alea, aleatione, id est, in fallaciâ aleatoribus usitatâ. *Κόσμοι* dicuntur qui talis utuntur. Tales sunt qui sunt varii et astuti; postquam acceperunt simpliciores: illi enim omnia transponunt et transferunt, D. Chrysostomus. Cybiam vocat versutiam seu calliditatem, ait Theodoretus. Nomen est deductum à verbo quod significat ludere tesseriis, seu talis, ait idem Theodoretus, quia proprium est taliter ludendum calculus hæc et illuc transferre, idque callidè. Theophrastus D. Chrysostomus sum more secutus: *Cybeates* dicuntur qui talis utuntur; hujusmodi sunt falsi doctores, transponentes simpliciores, seu talos, prout voluerit. Hoc ergo nomine hereticorum fallaciam designat et inconstantiam. Fallaces sunt et fraudulenti, utpote aleatores, quorum proprium est fallere. Inconstantes sunt et varii, quippe aleam faciunt de fide, et quasi ad alea jactum mutant fidem.

IN ASTUTIA, seu fraude eorum hominum qui omnia tentant, ut per impostaram nos circumveniant, et in errorem abducant. Ex his omnibus, et maxime ob Græcæ expressionem, ut *non amplius*, probabile videtur quòd Ephesi plures tum philosophorum doctrinis, tum judaizantium errore, circumventi fuerint, hæque et illæ, doctrinae vento, quasi procellis agitati.

VERS. 15. — VERITATEM AUTEM FACIENTES... sed veritatem sectantes et charitatem, seu charitatis opera facientes. Dux sunt partes fidei, seu vite christi-

Ecclesiae prædicant, amplexi, per omnia membra, in charitate crescamus et charitatem in ipsum, scilicet Christum, qui est caput totius corporis. Christus enim quasi caput influit gratiam et vim crescenti et augescendi in singula membra totius corporis, id est, Ecclesiae.

VERS. 16. — *Ex quo* (scilicet capite Christo) *totum corpus* (Ecclesia) *compactum*, cõagmentatum et cõpignatum. Ex capite enim omnia membra compaiguantur, et per suas compages descendunt. *Et cõnectum*, ut scilicet membrum membro, fidelis fideli, per eandem fidem et spiritum cõgregat, itaque ex omnibus unum corpus, scilicet Ecclesia, *per omnem juncturam subministrations*, per mutuum unioem, quâ nobis subministratur spiritus et gratia Christi capitis nostri. *Secundum operationem*, ex vi et efficaciâ intus agente et operante. Vini Christi intelligit, qui instar capitis influit et singula membra vegetat.

In mensuram uniuscujusque membri, puta singuli

stantiam, credere verum, et facere bonum; seu veritatem ex charitatis motivo facere, id est, exequi quae faciendi docet fides, illaque propter amorem Dei facere; tunc quaeversum fit accretio spiritualis in Christo, seu perfectio christiana. Textus Graecus unico verbo exprimit, quod nos pluribus, *ἀναρροήτες*, quasi diceret: Quae vera credimus, facientes per charitatem; seu veritatem sectantes et exequentes. Hoc verbum opponit precedenti, *εὐβία* et *impotatē*.

CRESCAMUS IN ILLO...; Graec.: *Crescamus in ipsum omnia*, id est, augescamus in illum, secundum omnia; seu omni augmento, quaeversum; in longum, latum et profundum; in omnibus donis et virtutibus. Crescente charitate, virtutum forma et anima, crescent omnes virtutes internae.

IN ILLO ET PER ILLUM, seu ex influxu capitis nostri.

VERB. 16. — **EX QO TOTUM CORPUS...** Obscurus est hic locus, propter hyperbaton et propter brevitate; omnia simul dicere voluit, ait D. Chrysostomus. Ut autem clarior intelligas, nota quod explicat augmentum in Christo, de quo in versu precedente. Explicat autem per comparationem augmenti corporalis puerorum: Sicut humanum corpus, cujus universe partes simul junctae sunt et ligatae, augmentum sumit unicoque membro proprium et proportionatum, illudque recipit ab influxu capitis et cordis, idque per subministrationem vasculorum, quae spiritum et succum corpori subministrant, sic Ecclesia, quae corpus est, ex fidelibus singulis, quasi membris suis, compactam recipit ab influxu Christi, capitis et cordis sui, per ministeria apotolorum, pastorum, doctorum, etc. (qui sunt quasi juncturae), augmentum in fide et pietate, pro modo quo quodque membrum indiget; hocque augmentum fit per charitatem, quae est hujus mystici corporis quasi calor naturalis. Hoc notato, accedamus ad litteram: *Ex quo*, capite scilicet Christo, *totum corpus*, Ecclesiae.

COMPACTUM, id est, quod compactum et coagmentatum est, seu cujus singula membra sunt suo loco collocata et simul coemta.

PER OMNEM JUNCTURAM, seu commissuram, id est, per mutua unionem, qua et sibi invicem adherent et Christo capiti suo. D. Augustinus habet: *Per omnem tactum*, intellige, per contactum mutuum membrorum sibi per juncturas coherentium.

SUBMINISTRATIONIS, seu subministrantem, id est, quibus juncturis, unicoque membro subministratur spiritus, seu gratia spirituales. Ministrorum gradus in Ecclesia, seu varia ministeria, respondent juncturis corporis naturalis, suntque quasi vasa suppeltantia spiritum et gratias, seu per quae Christus suppeditat spiritum et gratiam.

AUGMENTUM CORPORIS FACIT, scilicet corpus facit augmentum corporis, id est, sui. Hebraismus est, pro crescit, augescit.

SECUNDUM OPERATIONEM. Graec., *εὐαρίτων*, id est, per fideles à Christi gratia et spiritu, justam mensuram et incrementum accipient.

Augmentum corporis facit in edificationem sui, ut

intimam vim et efficaciam Christi capitis intus agentis, et etiam uniuscujusque membri alimentum subministratum in se convertentis.

IN MENSURAM UNUSCUIUSQUE MEMBRI; id est, crescit non pavaat humilis, potius quam superbiat inflatus? De gradu in Ecclesia mihi tradito, de talentis acceptis, de eorum usu, de fide, de charitate, de sanctificatione fidelium mihi commissorum rationem Deo sum redditurus! Pavebat ipse Paulus, post tot exantlatos labores, post tot sanctificatos hominum milliones: *Ne*, inquit, *ipse reprobus efficiat*. Et non pavebit minister tota vita sua otiosus, inutilis, et forte scandalosus?

2° Proximo suo non invidet ob majora ei credita talenta, quia si majus habet donum, et majus ei incumbit opus, majus ministerium, major sanctificatio fidelium, major ratio reddenda Deo. Imò gaudeo de donis proximo meo data, et de eis gratias agam Deo, quia meae sunt sicut aliorum salutis ordinata.

Observationes dogmaticae.

Hinc collige mirabilem corporis Ecclesiae oeconomiam: ipsius caput, Christus; tota Ecclesia, corpus; singuli fideles, membra; membrorum juncturae, praepositorum et ministrorum gradus; anima, charitas. Ne tamen hinc inferas peccatores qui gratiam amiserunt extra Ecclesiam esse, utpote qui charitatem non habent. Notanda enim est duplex Ecclesiae forma, seu anima, exterior scilicet et interior. Exterior est professio fidei christiana sub capite visibili, Christi vicario, summo Pontifice. Hocque sensu, fides est anima Ecclesiae ut corporis civilis et politici. Interior et perfectior est charitas, qua fidelis vivit vita Christi. Hinc fidelis peccator non male comparatur embryoni, qui vita sensitiva vivit, animam minus perfecta; fidelis autem justus homini perfecto, qui vita vivit rationali. Fidelis justus est membrum Christi vivum, Spiritu Christi animatum; fidelis verò peccator est membrum quidem Christi, sed mortuum, Spiritu Christi destitutum; non tamen separatam à corpore Christi, cui per fidem haeret.

Observationes morales.

Apostolicam hanc de charismatibus doctrinam qui bene perspectam habuerit, sanè non superbiat ob talenta sibi tradita, quaecumque illa sint; nec proximo suo invidet ob majora ei credita; nec vinclum pacis fratrum animos uniens, sub quoecumque praetextu, dirumpet unquam.

1° Non superbiat inflatus ob sua talenta, quia dona sunt merè gratuita, pro Dei voluntate data, non pro merito tuo; tibi non debita, v. 7; quia dona sunt non propriae utilitati tuae, sed aliorum salutis ordinata: tibi, non pro te data; quia tibi data sunt ad opus, ad ministerium, ad edificationem Ecclesiae, ad consummationem sanctorum; et quò majus habes donum, eò majus debes opus, ministerium, majorem in Ecclesia edificationem, plures sanctos perficere. Quia his quatuor, scilicet laborare, ministrare, edificare, consummare, debes indefessè et continuè incumbere, quoad usque per firmam et solidam fidem, per charitatem Dei et proximi sinceram, Christum perfectè formaveris in cordibus fidelium tibi commissorum. Haec est Dei voluntas in te, o Dei minister, gradibus et charismatibus

seipsum adhaeret, compleat et perficiat hoc corpus quod est Ecclesia, in charitate, id est, per charitatem. Charitas hic non accipitur ut junctura, sed ut anima

ornate; opus continuum, non otium molle; ministratio humilis, non dominatio superba; edificatio Ecclesiae, non destructio; sanctorum consummatio, non infirmorum eversio scandalosa. Hinc autem quis Dei minister non paveat humilis, potius quam superbiat inflatus? De gradu in Ecclesia mihi tradito, de talentis acceptis, de eorum usu, de fide, de charitate, de sanctificatione fidelium mihi commissorum rationem Deo sum redditurus! Pavebat ipse Paulus, post tot exantlatos labores, post tot sanctificatos hominum milliones: *Ne*, inquit, *ipse reprobus efficiat*. Et non pavebit minister tota vita sua otiosus, inutilis, et forte scandalosus?

2° Proximo suo non invidet ob majora ei credita talenta, quia si majus habet donum, et majus ei incumbit opus, majus ministerium, major sanctificatio fidelium, major ratio reddenda Deo. Imò gaudeo de donis proximo meo data, et de eis gratias agam Deo, quia meae sunt sicut aliorum salutis ordinata.

3° Vinclum pacis, unitatem spiritus, sub quoecumque praetextu, nunquam dirumpet, qui alias nec poterit Spiritum gratiae subministrare prelatas, nec poterit recipere subsidia. Apostolus, evangelista, pastor et doctor, sunt vasa subministrantia membrum Spiritum gratiae salutaris; debent ergo et Christo capiti gratiae fontis, unita esse, ut ab eo Spiritum hunc recipiant; debent et Christi corporis membrum unita esse, ut hunc eundem Spiritum illis subministrarent. Caeteri fideles sunt membra mystica corporis Christi; debent ergo Christi ministris velat vasis Spiritum suppeditantibus uniri; ut per ea Christus, cor et caput Ecclesiae, inibat in ipsa Spiritum et gratiam quo vivificantur et crescant. Sicut enim manus à corpore avulsa non recipit sensibilem spiritum, eò quòd à continuitate diducta est, sic et nos, nisi uniti fuerimus, non recipimus à Christo capite nostro descendente Spiritum gratiam, Theophylactus. Propterea dixit Paulus *corpus compactum et connexum*, id est, non simpliciter positus membris, verum etiam connectis, et unoquoque proprium locum habente, ut nullum laxatum sit, neque praeter formam collocatum, Theophylactus. Si vultis ergo frui Spiritu qui procedit à capite, alter alteri adhaereamus, D. Chrysostomus.

Praxis verè christiana.

Christus est caput Ecclesiae, ipse influit in omnem Ecclesiam quae est corpus ejus, et in singulos fideles qui sunt membra illius. Christus ergo caput memum est: ipsi, itaque ut capiti meo, debeo uniri continuè per claritatis habitum, et frequentissimè per actus fidei,

Ecclesiae: charitas ergo quasi anima facit nos crescere in Christo, in crescente charitate, crescat totus homo in Christo.

VERB. 17. — *Hoc igitur dico et testificor in Domino.* Hoc igitur est, quod dicere cepimus, quod et obtor vos per Christum Dominum, quem volo hujus exhortationis meae esse testem.

Ut jam non ambuletis, non conversemini, sicut et gentes ambulantes, conversantur, in vanitate sensus sui, id est, mentis suae.

VERB. 18. — *Tenebris obscuratum habentes intellectum.* Tenebris erroris et ignorantiae obscuratum est

spei et charitatis, ut ipsi unitus, recipiam ab eo lumen, Spiritum et gratiam. Sicut in naturalibus nihil fit sine capite naturali, ita nec tu in supernaturalibus quidquam agas sine capite mystico. Quiddid ergo sis facturus, consule caput tuum; unire Christo capiti tuo ut in illius lumine et Spiritu agas et agaris. Deum, v. g., oraturus, unire Christo, ut in illo, per illum, et cum illo Deum ores, adores, diligas. Christus non tantum Ecclesiae caput, sed et cor; spiritum et vitam singulis Ecclesiae membris influit et communicat. Christus ergo cor memum est, vitae meae principium; ipsius ergo spiritu debeo animari, moveri, agi. Hoc ut ita sit, Christo, cordi meo, uniar quam frequentissimè, et, si fieri potest, continuè: vivam in Christo, in corde Christi, et omnia mea opera faciam in corde et per cor Christi: ut cor Christi, quasi meo; in meo corde, et per hoc cor, Deum amabo, orabo, adorabo.

Haec praxis mirum in modum utilis est et consolatoria, maxime in ariditatibus et derelictionibus. Tunc relecto corde tuo siccò et arido, junge te divino Christi cordi, quod et tuum est, ipsoque utere tanquam tuo. Per hoc divinum cor ora, ama, adora... Offer Deo infinitum hujus cordis amorem, continuum illius cordis adorationem, gratiarum actionem, laudem, benedictionem, etc. Complacere tibi in placitis Christi actibus. Gaude quòd per illud Deus dignè ametur, dignè adoretur, dignè colatur, dignè laudetur, etc., et in divinis hujus cordis actibus quiesce. Hanc praxim vide in fine Epistolae ad Rom., scilicet in coroll., cap. 16; in Epist. ad Hebr., cap. 8, in coroll.; et cap. 9, in coroll.; et cap. 15, etiam in corollario.

VERB. 17. — *Hoc igitur dico...* Redi ad id quod initio dicere cepimus: *Obscuro vos ut dignè ambuletis*, v. 1, idque fusiùs explicat. Vide paraphrasin.

IN VANITATE SENSUS SUI. Graec., *mentis suae*. Syr., *mentis suae*.

VERB. 18. — *TENEBRIS OBSCURATUM HABENTES*. Graec.: *Obtenebrati intellectu*. Pingit gentiles primò quoad interna. Vide paraphrasin.

PER IGNORANTIAM..., PROPTER CECITATEM... Fons vanitatis gentium fuit intellectus obscuratio, majoris autem obscuracionis causa fuit cordis ipsorum obduratio. Corrupto intellectu, hominis dux, corruptus est appetitus; appetitus autem corruptio majorem induxit obtenebrationem intellectus; et ex illa majori obtenebratione nata est cordis durities, excaecatio: cor callum olduxit; unde secuta est desperatio, indolentia, omnium scelerum origo.

insipientes cor eorum; stulti facti sunt, ut in reprobum sensum traditi, nec Deum nec Christum agnoscent, sed idola lignea et lapidea putent esse deos, demones colant, etc.

Alienati à vita Dei, id est, à vita quae secundum Deum est, à vivendi modo quem Deus instituit, praecipit, et sibi gratiam ac placitum declaravit, idque per ignorantiam: quia scilicet Deum, Deum legem et voluntatem ignoravit. *Qua est in illis*, propter cavitationem cordis ipsorum; Graecè, propter excaecationem. Veri etiam posset, propter obduracionem, vel, ut Ambrosius, duritiam cordis eorum.

VERS. 19. — QUI DESPERANTES; noster interpres legit, ἀπελπιστες, desperantes; ἐλπιω, spero; ἀπελπισω, despero, et ita legit etiam Syrus, Arab., et omnes veteres Latini. In Græco tamen nunc est ἀεὶ ἀπορρηγνότες, dedolentes, id est, dedolere sinentes et conscientie remorsum non sentientes, aut saltem non curantes. Ita etiam habet D. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, lege eorum textus Græcos. Apostolus gentiles hic pingit quod externa : SESE TRADIDERUNT IMPUDICITIE... Vide paraphrasim.

IN AVARITIAM. Per avaritiam hic intellige, non pecuniarum insatiabilem cupiditatem, sed excessivam et inexplabilem voluptatum aviditatem, seu, ut ait D. Anselmus, insatiabilitatem, quia sicut avarus nunquam reputat se satis habere, ita nunquam isti perveniunt ad fornicationis saturitatem.

EX HÆ SCELERATA VITÆ PICTURÀ, disce quòd ex intellectus ignorantia oritur cordis corruptio; ex cordis corruptione fit major obtenebratio; ex utraque, id est, ex cordis corruptione et intellectus obtenebratione fit consuetudo; ex consuetudine nascitur impudentia et indolentia; nec pudet, nec dolet de peccato. Hinc homo, quasi brutum, in omnia turpissima et abominanda ruit præcepit. Hoc de gentilibus narrat hic Apostolus : sed heu ! in quot et quot Christianis hoc idem vidimus ! Quia sensus sui vanitatem secuti sunt, obtenebrati fuerunt intellectu, alienati à vitâ Dei : demum desperantes et dedolentes, in quorumlibet vitiorum barathrum precipites ruerunt. Cave ergo à vanitate sensus, à sensuum impressione, à passionibus. Fidem audi, obedi Deo, Evangelium sere.

VERS. 20. — Vos autem non ita didicistis... Hoc, luxuriari scilicet, et ut bruta corrumpi, non didicistis in scholâ Christi. Seu, ut ait Theodoretus : Talis est quidem doctrina impietatis, Christi verò disciplina est omnino contraria, docet enim deponere vos veterem hominem...

VERS. 21. — Si tamen illum audistis.... In paraphrasi communiorem secutus sum opinionem quæ

VERS. 19. — Qui desperantes, scilicet salutem et vitam virtutis ac beatitudinis. Græca habent, indolentes, et, ut Hieronymus verit, indolorios, qui scilicet dolere desierunt, quique omnem doloris sensum perdidierunt. Senectipos tradiderunt impudicitie in operationem immunditatis omnis in avaritiam; ut aliena appetant et invadant insatiabiliter. Avaritia ergo significat hic avaram cupiditatem libidinis et voluptatum, quæ temperantie et continentie repugnat semper.

VERS. 20. — Vos autem non ita didicistis. In Christianismo, scilicet doctrinâ Christi, non ita edocti estis in Christianismo, scilicet ita luxuriari, ut faciunt gentes. Ita Hieron. et Anselm. Discere Christum, inquit Hieronymus, est discere temperantiam, sapientiam, virtutem Christi. Et Theophyl. : Christum, inquit, discere, est rectè vivere.

VERS. 21. — Si tamen illum audistis; q. d. : Sicut omnino Christum Christiano doctrinam audistis et didicistis, et in ipso edocti estis, sicut est veritas in Jesu. Edocti estis quoniam sit veritas doctrina ipius Jesu, quæ docet deponendam esse pristinum conversationem.

VERS. 22. — Deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem. Ut sensus sit : Si tamen

vult si affirmantis esse, non dubitantis; et, si quidem. Multi tamen volui esse dubitantis, hoc sensu : Si tamen Evangelium intellexistis et Christi doctrinam verè, qualis est in se, et à Jesu Christo prædicata, edocti estis. Hocque, sive ut terreat Ephesios, sicut post Œcumenium putat Estius, sive quia post egressum D. Pauli quidam sub nomine Evangelii profanam Ephesi docuerint libertatem, ut putat Grotius.

VERS. 22. — DEPONERE VOS SECUNDUM PRISTINAM... Explicat quæ sit doctrina Christi, seu quid ab homine christiano exigat; scilicet, ut deponat principium vendi consuetudinem, quam secundum concupiscentiarum illusionem ducebat; quippe quæ concupiscentiæ seductrices hominem magis ac magis corrumpunt et quasi in brutum commutat. Deponere vos... Alludit hic D. Paulus ad ritum baptismi, in quo vestes deponerentur. Hoc, inquit Apostolus, nos docet deponere sordidum peccati indumentum, antiquam scilicet concupiscentiæ consuetudinem. Baptizatus renuuntiare debet concupiscentiis et desideris suis : Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitis et concupiscentiis suis. Vetus itaque homo est homo qualis erat ante baptismum, gentilis, peccator, suas sequens concupiscentias, et in illis computrescens. Talis homo per singulas horas et momenta magis ac magis corrumpitur et ab homine in brutum degenerat : quippe qui vivit non secundum rationem, quæ hominis est, sed secundum passiones, quæ brutis et homini sunt quidem communes, sed in brutis fortiores.

SECUNDUM DESIDERIA ERRORIS, id est, cupiditates seducentes et deceptrices : sunt enim erroris principia, illusionis cause; dulcedinem promittunt, amaritudinem producunt. Radix earum dulcis, fructus amarissimi.

VERS. 25. — RENOVAMINI AUTEM... Græc., renovari autem. SPIRITU MENTIS VESTRÆ; spiritus mentis est ipso spiritus, seu mens ipsa. Hebraismus, significans renovari spiritualiter.

VERS. 24. — ET INDICITE NOVUM HOMINEM... Græc.,

per Christum docti fuistis deponere atque exuere veterem hominem, qui intelligitur in pristina seu priori conversatione; nempe eâ quâ vivebatis priusquam crederetis in Christum. Est enim vetus homo, aut vetustas et corruptio peccati in homine ex veteri Adam contracta, aut potius ipse homo, quatenus hujusmodi vetustate affectus est.

Qui corrumpitur secundum desideria erroris, id est, qui in vetustate et corruptelâ proficit, obsequendo pravis ac turpibus desideriis, quod fit ex nequitiæ errore ac caritate.

VERS. 25. — Renovamini autem spiritu mentis vestræ, id est, secundum mentem, secundum interiore hominem, id est, vivificâ illa vi gratiæ et spiritus mentibus nostris inditâ, quâ Spiritus sanctus nos regenerat, et in novos homines, Christianos scilicet et sanctos, transformat.

VERS. 24. — Et induite novum hominem, etc. Apparet novum hominem ab Apostolo dici unumquemque hominem quatenus renovatus est per gratiam Dei. Quæ renovatio hic et alibi, nomine creationis intelligitur. Exponit igitur Apostolus novum hominem, qui per regenerationem creatus est secundum Deum, id est, divinæ legi conformatus; creatus, inquam, in verâ justitiâ, quoad proximos; et in verâ sanctitate

induere. Baptizatus novas resumebat vestes, albas scilicet. Ad quod alludens Apostolus, hoc, inquit, docet nos in novum transformari hominem. Sicut vetus homo veteres sunt affectus peccandi, ita novus homo est nova mens, nova vita fide et gratiâ Christi renovata.

Observatio moralis.

Quilibet baptizatus est hic novus homo, per regenerationem creatus Deo conformis, utpote in verâ justitiâ et sanctitate. Potest et cum D. Hieronymo intelligi quòd hoc nos docet induere Christum, ipsique imitatione fieri similes. Christianus enim debet esse quasi alter Christus, Christo similis, Christi imago, Christi virtutum imitator; Christum quotidie magis ac magis induere, seu imitari, ita ut in ipso videatur Christus, Christi humilitas, modestia, mansuetudo, charitas, etc. Hoc in baptismo spondimus, hoc representat vestium baptizandi exuitio, et novam baptizati vestium indutio; eximus praves et veteres peccandi ritus et affectus, ut novum animum Christi induamus in justitiâ et sanctitate. Christus itaque à Christiano continuè et attentè studendus; Christus, liber intus et foris scriptus, semper à Christiano legendus. Intus, ipsius animus, charitas, humilitas, mansuetudo, etc.; foris, externi actus, patientia, penitentia, paupertas, etc. In hoc studio animus noster, Christi animum induat; mores nostri vitam Christi expriment. Sicut homo veste indutus nihil nisi vestem intuentium oculis exhibet, ita homo Christum indutus, nihil nisi Christum moribus suis exprimit.

VERS. 25. — PROPTER QUOD DEPONESTES... Duo supra dicta generalia doctrina Christi capita, scilicet de veteris hominis depositione, et novi hominis inductione, nunc explicat in particulari : ac primò docet quomodo membratim et per partes deponendus sit vetus homo.

Incipit à linguâ : Deponite omne mendacium, sub quo et fraudem comprehendit; LOQUIMINI VERITATEM, et verbis et factis; nulla sit fraus.

QUONIAM SUMUS INVICEM MEMBRA, commembra. Unum membrum alteri membro non mentitur : oculus, v. g., pedem non decipit; manus pedi scopulum non objicit; sed oculus pedem ducit, curatque ne impingat; manus palpat in tenebris, scopulos averit, corpus, si cadat, sustinet et erigit. Vide hæc de re pulchriora apud D. Chrysostomum, hic. Hanc D. Pauli rationem

seu munditiâ, quo ad seipsum, etc.

VERS. 25. — Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem, unusquisque cum proximo suo. Membra veteris hominis, quæ deponi et exui vult Apostolus, sunt mendacium, fraus, ira, injustitia, furtum, libido, etc. His opponit membra novi hominis, eaque assumi et indui vult, scilicet veritatem, mansuetudinem, justitiam, liberalitatem, castitatem, etc.

Quoniam sumus invicem membra; q. d. : Unum membrum non mentitur alteri, non decipit alterum, sed quodque alteri fidele est, illudque sincere adjurat quantum potest. Veritatem præcipit, et mendacium interdicit. Quod ita primis seculis imberberunt christiani, ut scribat Justinus Martyr, Apolloniâ secundâ, christianos male mori quam vel semel mentiri.

VERS. 26. — Irascimini, et nolite peccare. Si contin-

si penetraveris, agnosces quòd in fratrem tuum non possis peccare, quin et in Christum pecces; peccas enim in Christum, quoties in Christi membrum peccas.

VERS. 26. — IRASCIMINI. Sermo est hypotheticus; nec enim ira præcipitur; sensus ergo est : Si contingat vos pro natura fragilitate commoveri, vel si ratio et necessitas vos irasci cogat : ira enim est passio homini data, ut ardua aggrediatur et superet. Hinc si ratione regitur, eos est virtutis, ait D. Chrysostomus.

SOL NON OCCIDAT... Proverbium Hebræum, quo significatur, rem non esse in longum protrahendam. Solis occasus apud Hebræos erat initium diei : significatur ergo iram non esse in alteram diem protrahendam.

A linguâ Apostolus transit ad cor :

VERS. 27. — NOLITE LOCUM... Ira enim conservata parit odium, vindictæ voluntatem, per que diabolus intrat in cor, jus habet in illud, ibique regnat. Nunquam locum sic habet diabolus, ut in inimicitias; hinc mala nascuntur innumerabilia, D. Chrysostomus. Duo itaque sunt observanda in ira, seu in ira commotione : primò, ut non consentiatur intus per voluntatem, et desiderium ulciscendi, nec erumpat exterius per verba vel facta injuriosa; secundò, ut non duret, sed quàm citò reprimatur; aliâs dabitur locus diabolo, et ingressus in cor. Idem autem dicendum de quacunque passione.

VERS. 28. — QUI FURABATUR... A linguâ D. Paulus ad cor transit, nunc à corde ad manum. Furtum autem positum pro omni fraude, et injustâ acquisitione.

JAM NON FURETUR, et consequenter restituat, ubi poterit; qui enim retinet quod restituere potest, fur est.

LABORET MANUS. Ex specie intelligitur omne genus laboris utilis.

QUOD BONUM EST. Excludit turpe et obscœnum opificium.

UT HABEAT UNDE TRIBEAT, sique peccatum suum solvat, seu restituat; ita D. Chrysostomus. Ut habeat ergo sibi necessaria; ut habeat unde restituat; ut habeat unde pauperi tribuat; adde etiam, ut otium fugiat.

EX D. PAULO, non sufficit Christiano quòd aliena non rapiat; sed debet egenis, etiam proprio manuum

gat irasci, cavete ne in opus ira erumpat, id est ne facite quod ira suggerit, ne sine eam progredi usque ad injuriam.

Sol non occidat super iracundiam vestram. Est proverbium, significans iram statim esse compeccandam, ne locum demus diabolo.

VERS. 27. — Nolite locum dare diabolo; quod fit, dum fovetur ira, et similes diaboli fetus. Significat Apostolus eum qui sinit iram diutius apud se morari, dare locum diabolo. Potest sic intelligi : Nolite locum dare diabolo, tanquam accusatori. Semper enim querit de quo nos apud Deum possit accusare, etc.

VERS. 28. — Qui furabatur, jam non furetur, etc.; id est, quod honestum est, q. d. : Laboret et operetur, sed ita ut non ex turpi officio, sed honesto victum querat.

suarum labore, victum et necessaria comparare. Quid ergo de divitibus in misericordibus diceret, qui egenis sua superflua denegant? quid de prelatibus, beneficiariis, qui bona pauperum in vanos et turpes usus dilapidant? Debet pauper honesto labore comparare unde tribuat alii pauperi; divites autem obscena et turpia operantur; unde fit ut non habeant ad dandum pauperibus. In obscenis et damnatis rebus pauperum bona consumuntur! Christi patrimonium dispenditur!

VERS. 29. — OMNIS SERMO MALUS..., Græc., *putris*, putridus. Redit ad linguam, nosque docet loquendi normam: sermo noster non sit malus, sit bonus, sit gratus. Primò, *omnis sermo malus*, obscenus, scurrilis, amarulentus, invidus, dicax, quocumque vitio infectus, putris, et corruptus, omnino vitandus; secundo, bonus tantum proferendus, idque non temere, ne nostro vitio vertatur in malum; sed opportunitate ad edificationem fidei, id est, proximi, in fide, et pietate, juxta illud Prov. 15: *Sermo opportunus, optimus.*

AD EDIFICATIONEM FIDEI; Græc., *usûs*, id est, ad usum, seu utilis ad edificationem. Tertio, *UT DEY GRATIAM...*, seu progressum in gratiâ, fide et pietate, etc., quod est explicatio præcedentis, ut in paraphrasi. Vel etiam ut sit gratus, id est, cum gratiâ, venuste et jucunde proferatur; ita ut voluptatem spiritualem AUDIENTIBUS afferat.

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

VERS. 30. — ET NOLITE CONTRISTARE..., subaudi, nolite, verbis malis, id est, obscenis, putribus, et scandalosis, *contristare*, id est, offendere SPIRITUM SANCTUM. Cùm offendimur, contristamur; ita Spiritus sanctus offensus contristaretur, nisi esset Deus, et impassibilis. Quantum autem ex parte nostrâ est, contristamus eum, cùm verbis aut factis illum offendimus. Nolite ergo talia facere, quæ Spiritui sancto ita displiceant, ut quasi offensus et contristatus discedat à vobis; quemadmodum homo offensus et contristatus egreditur à domo offendentis et contristantis.

IS QUO SIGNATI ESTIS, id est, per quem signati estis in baptismo, internè et copiosè gratiâ, quasi sigillo, quo, ut filii Dei, à cæteris hominibus distinguimini.

IS, scilicet Spiritus sanctus, nos fecit gregem regalem; is nos abduxit à primis omnibus; is non sivit

VERS. 29. — *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat. Pro malis, Græcè est, putris et corruptus, qui scilicet salte prudentie non est conditus: sed vel lascivus, et obscenus, vel scurrilitate, vel alio vitio est infectus et corruptus.*

Sed si quis bonus ad edificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Supple, hic procedat ex ore vestro, ut scilicet fideles edificentur, et in fide ac virtutibus proficiant per vestra colloquia. Gratiam, id est, progressum in gratiâ, pietate et virtutibus. Vult sermo noster non tantum esse talem qui edificet, sed simul esse gratiosum, ut cum gratiâ venuste et jucunde proferatur. Lingua sapientium ornat scientiam, Prov. 15.

VERS. 30. — *Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei: in quo, id est, per quem, signati estis in diem re-*

nos esse sitos cum iis qui sunt obnoxii iræ Dei; et tu eum tristitia afflicis, D. Chrysostomus. Per sanctissimum Spiritum grex divinus effectus sumus, Theodoretus.

IN DIEM REDEMPTIONIS; Syr., *liberationis*, id est, in diem gloriose resurrectionis, ubi ab omnibus malis, in animâ et corpore liberi, integram, æternam felicitatem consequimini.

Observatio moralis.

In baptismo et confirmatione obsignati sumus Spiritu sancto; id est, Conditoris nostri signum, figuram et imaginem recepimus; gratiam sanctificantem, quâ filii Dei et Deo consecrati agnoscimur, sicut ex sigillo agnoscuntur, v. g., regis litteræ. Hoc autem sigillo, non anima tantum, sed et corpus nostrum, et omnia membra nostra obsignata sunt, sanctificata, Deo consecrata, ait D. Chrysostomus. Quodcumque verò sigillatum est, aperiri non potest, sine auctoritate ejus qui sigillum apposuit. Non possumus ergo os aperire sine Spiritûs sancti voluntate; quanto minus illud ad turpia et obscena verba!

Spiritus sancti sigillum violat, qui os aperit ad inutilia loquendum. Spiritum sanctum contristat, qui ad mala verba, ore sancto et sanctificato utitur. Vide plura apud D. Chrysostomum.

VERS. 31. — OMNIS AMARITUDO ET IRA... Enumerat et prohibet omnes iræ gradus; cujus quasi prima radix est *amaritudo*, quâ cor offensum proximi facto aut verbo amarescit erga ipsum. Hinc oritur quedam cordis effervescencia, seu animi inflammatio. Græc., *τροχός*, *excandescencia*, quæ est ira incipiens. Deinde assurgit *indignatio*, Græc., *ἔργη*, ira perfecta, ira accensa. Postea erumpit in clamores, convicia, querelas, omnem denique militiam proximam ledentem; seu malignitatem justitiæ et charitatis oppositam. Et hæc omnia D. Paulus vult à nobis prorsus et radice tolli. Clamor est equus iræ, ait D. Chrysostomus; equum si prostraveris, ascensorem evertisti, ex eodem. Iræ pennas amputas, si clamorem auferas, idem.

VERS. 32. — ESTOTE AUTEM INVICEM BENIGNI... Vult autem ut in locum vitiorum supra enumeratorum, inseramus in cordibus nostris virtutes contrarias, seu ut simus invicem comes, suaves et benigni, MISERICORDES; Græc., *bonorum viscerum*, seu habentes viscera misericordie, compatientes.

redemptionis, quasi filii promissionis, et quasi regalis grex Christi et Spiritûs sancti.

In diem redemptionis, id est, in die quo baptizati estis. Baptismo enim facti estis participes redemptionis Christi, illoque die redempti estis à servitute peccati et diaboli.

VERS. 31 ET 32. — *Omnis amaritudo et ira... Estote autem invicem benigni, id est, comes, suaves et blandi; misericordes, id est, boni affectus, donatis invicem injurias et offensas, sicut et Deus in Christo, per Christum Filium sui meritum, donavit vobis, condonavit omnia vestra delicta. Hæc est radix omnis pietatis et charitatis, quam opponit amaritudini. Ira enim non extinguitur irâ, sicut nec ignis igne: sed sicut ignis aquâ, ita ira extinguitur patientiâ et benignitate, ait Chrysostomus.*

4117 DONANTES INVICEM..., mutuas vobis invicem condonantes injurias, sicut Deus per Christum Filium suum, quem pro peccatis vestris immolavit, vobis offensas

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

1° Omnis Christianus observet vite christiane, Christoque dignæ compendium. Christianus sit perfectè humilis, humiliter de se sentiens et loquens, humiliterque cum aliis omnibus se gerens; sit mansuetus, mansuetè cum omnibus agens, et loquens; sit patiens, aliorum mores vitiosos, et sibi incommodos sustineat, idque omne ex charitate Dei et proximi. Vide v. 1, 2, 5.

2° Idem Christianus observet, distinguat in mente, et corde imprimat conglobatas rationes quibus ad unitatem et mutuum concordiam nos invitat Apostolus, v. 4, 5, 6. Sit ergo pacificus, unitatis et concordie amator. *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.*

3° Omnis Dei et Ecclesie minister apostolicam de charismatibus doctrinam observet, ut ob ea nec superbiat, nec aliis invidet, nec unitatem dirumpat. Primò, dona Dei sunt, non pro merito data, sed pro Dei beneplacito; ut quid gloriaris ob illa? v. 7; secundo, dona Dei sunt pro aliorum salute data; cur invidias habenti? v. 12; tertio, dona Dei sunt data ad opus, ad ministerium, ad edificationem, v. 12. Quantum inde tremor inertii, domitiani, destruenti? vide v. 7, 8, 11, 12, 13, 14, 15, 16, et observationes morales in fine v. 16.

4° Ex apostolica D. Pauli doctrinâ v. 15 et 16, in quibus Christus exhibetur ut caput et cor Ecclesie, spiritum et vitam influens singulis Ecclesie membris, praxim discamus verè christianam, per unionem continuam cum Christo, capite et corde nostro; ut in illo, per illum et cum illo, omnia nostra pietatis opera exerceamus. Hanc praxim vide in fine v. 16. Fusius

CAPUT V.

1. Estote ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi;

2. Et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis.

3. Fornicatio autem, et omnis immunditia, aut avaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos;

4. Aut turpitudò, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio.

5. Hec enim scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quòd est idolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi et Dei.

6. Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentie:

7. Nolite ergo effici participes eorum.

8. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino; ut filii lucis ambulate.

vestras condonavit. Hanc Dei misericordiam ineffabilem præ oculis semper habetote, ut eam imitemini.

illam vite in fine Epistolæ ad Rom., c. 16, in corollario; et in Epist. ad Hebr., cap. 8, in coroll. ; c. 9, in coroll. et c. 15, etiam in corollario.

5° Ab eodem apostolo, v. 22, 23, 24, duo discamus omnes, ad quæ reducitur vita christiana, et que in Baptismo factis et verbis promissimus. Primum, *deponere veterem hominem*, v. 22, id est, sordidum peccati indumentum, seu antiquum concupiscentiæ consuetudinem. Hoc in nostro Baptismo representavit vestium depositio. Hoc promissimus, renuntians Satanæ et ejus operibus perniciosis. Secundum, *induere novum hominem*, Christum scilicet per imitationem, v. 24. Intus induere Christi charitatem, humilitatem, mansuetudinem, etc. Exterius induere Christi penitentiam, pauperitatem, patientiam, etc., ita ut Christus videatur in nobis. Hoc representat albarum vestium indutio. Hoc promissimus, cùm Christo nomen dedimus, eique nos semper adhesuros juravimus. Vide dicta v. 24. Hanc autem veteris hominis extinctionem, hæcque novi hominis inductionem, membratim et per partes faciendam, docet Apostolus in reliquo capite. Utramque incipit à lingua; versus itaque 25, 29, 30, 31, docet quæ vitia linguae à nobis fugienda; ibidem et nos docet normam sanctæ et christiæ loquendi. À lingua transit ad cor, docetque quomodò passionibus resistendum, ne diabolus detur ingressus in illud, v. 26, 27. Docet è contra quomodò Christi virtutes induenda, ut Christus habitet in cordibus nostris, v. 32. Denique à corde transit ad manum, docetque quæ vitia fugere debeat, quas virtutes operari, v. 28.

CHAPITRE V.

1. Soyez donc les imitateurs de Dieu, comme étant ses enfants bien-aimés :

2. Et marchez dans l'amour et dans la charité, comme Jésus-Christ nous a aimés, et s'est livré lui-même pour nous, en s'offrant à Dieu comme une oblation et une victime d'agréable odeur.

3. Qu'on n'entende pas seulement parler parmi vous, ni de fornication, ni de quelque impureté que ce soit, ni d'avarice, comme on ne doit point entendre parler parmi les saints.

4. Qu'on n'y entende point de paroles déshonnêtes, ni de folles, ni de bouffonnes : ce qui ne convient pas à votre vocation ; mais plutôt des paroles d'action de grâces.

5. Car sachez que nul fornicateur, nul impudique, nul avaré, dont le vice est une idolâtrie, ne sera héritier du royaume de Jésus-Christ et de Dieu.

6. Que personne ne vous séduise par de vains discours ; car c'est pour ces choses que la colère de Dieu tombe sur les hommes rebelles à la vérité.

7. N'ayez donc rien de commun avec eux.

8. Car vous n'étiez autrefois que ténébreux, mais maintenant vous êtes lumière, en notre Seigneur ; marchez comme des enfants de lumière.